

poteſt eis dare ea, quæ tenetur, & ad quæ eſt
obligatus lufe diuino. Ut dixi ſupra in fine
prime veritatis

¶ Quarta veritas. Tenetur etiam Curatus
Miffam celebrare, diebus quibus Parochianū
eius tenentur Miffam audire. Quia aliās
iniuſta eſſet obligatio ad audiendam Miſſam,
ſi non eſſet aliquis obligatus ad illā ce-
lebrandā. Sic dicimus, q̄ tenetur Parochus
populo illa Sacramento administrare, quę po-
pulus ipſe tenetur recipere. Ex Soto in. 4.
diſt. 13. q. 2. art. 2.

¶ An autem teneatur Parochus illā Miſſam
pro populo offere ſic, q̄ pitantiam, ieiū mer-
cedem recipere non poſſit ab alio: bene po-
teſt ignorari hoc inculpabiliter à Parocho,
quia ſunt diuerſe opiniones. Soto enim vbi
ſupra dicit, quod pro ſuis Parochianis de-
bet, & non pro aliis celebrare. Vitoria. 3.
p. q. 83. in principio tenet contrarium, quia
nihil in lufe de hoc traſtatur. Vnde ſi in Sy-
nodalibus nihil statuitur, poſteſt Parochus e-
tiam in die Dominica Miſſam aliis appli-
care.

¶ Quinta veritas. In officio Parochi inclu-
ditur ſepelire mortuos Parochianos ſuos.